

Non ueni facere uoluntatem me-  
am. sed eius qui misit me. Iterum  
dicit scriptura. Voluptas habet  
poenam. & necessitas parit coro-  
nam.

**T**ERTIUS HYMILITATIS GRA-  
dus est. ut quis pro di amore omni  
obedientia se subdat maiori. Imit-  
tans dñm de quo dicit apostolus.  
factus obediens usq, ad mortem.

**Q**UARTUS HYMILITATIS GRA-  
dus est. si in ipsa obedientia du-  
ris & contrariis rebus. uel etiam qui-  
buslibet irrogatis iniuriis. tacita  
conscientia. patientiam amplex-  
tatur. Et sustinens non lascescat.  
uel discedat. Dicente scriptura.  
Qui perseuerauerit usq, in finem  
hic saluus erit. Item confortetur  
cor tuum. & sustine dñm. Et os